

pria & alicuius momenti, omnia attingit Trinitas A
 us myſtenū, & ideo Theologis ea relinquimus.

Esse omnia attributa de essentia Dei.

Potesť autē non immerito dubitari, an hæc a-
 tributa non solum sint essentia, sed etiam de
 essentia ipsius Dei. Nō sunt enim hæc oīa idem,
 nam relationes diuinæ sunt ipsamet essentia di-
 uina, iuxta sanam doctrinam, & tamen non sunt
 de essentia Dei, vt sic, iuxta veriorē sententiā.
 Et in creaturis differentia individualis in re non
 distinguitur à natura individuali, & tamen nō est
 de essentia eius. Dicunt ergo quidam Theologi,
 attributa non esse de essentia Dei secundū ratio-
 nes formales suas, quamuis in re ab ipsa non dis-
 tinguantur. Quia hæc attributa conueniūt Deo
 ratione essentia, & ita verē demonstrantur de
 Deo per ipsam essentiam: ergo non sunt de essen-
 tiali ratione Dei. Itē vñ attributi nō est de essen-
 tia alterius, alioqui oīno inter se cōfunderentur:
 ergo neq; essentia est de ratione illorū: ergo ne-
 que ē conuersio ipsa sunt de essentia Dei vt sic.

Sed hæc rationes nullius sunt momenti. Vnde B
 eodem modo certum existimo, & ratione natu-
 rali euidēs, omnes has perfectiones absolutas pro-
 ut sunt in primo ente, esse de essentia eius. Quod
 planē conuenit illi ratio, quia Deus ex vi sui esse
 necessarij ex se ipso est ens essentialiter summē
 perfectū: ergo præcisē conceptum hoc ens secun-
 dum id quod est de essentia eius, includit omnē
 possibilem perfectionem: ergo attributa quæ si-
 gnificat has perfectiones simpliciter, ita in Deo
 continentur, vt sint de essentia eius. Confirmatur
 & declaratur hæc ratio, nā perfectiones ille quæ
 sunt in essentia Dei in eminenter, prout in ipso
 sunt, sunt formalissimē de conceptu essentiali
 Dei, quo modo dicebamus supra cum Augustino,
 & Anselmo, q; creatura in Deo nihil aliud
 est quam ipsa creatrix essentia, quia nimirum il-
 la eminentia seu emiens perfectio, quam Deus
 in se habet, ratione cuius dicitur eminenter con-
 tinere inferiores perfectiones, est ipsamet essen-
 tialis ratio Dei, atque ita de essentia eius: ergo &
 perfectiones ille quæ formaliter sunt in Deo,
 prout in eo sunt, sunt de essentia eius.

Anecedens. It euidens, tum quia Deus conti-
 net inferiora omnia quatenus est primum ens de
 se necessarium, in quo essentialis eius ratio cō-
 sistit, tum etiam, quia si illa eminentia non esset
 de essentia Dei, oporteret intelligere in Deo aliā
 rationem essentialē priorem secundum ratio-
 nē quā sit illa eminentia, quia prima ratio vniuer-
 salis que entis est illa quæ est ei essentialis. Inter-
 rogo igitur an in illa priori ratione contineantur
 eminenter omnia, necnē. Nam si id affirmetur,
 iam in ipsamet essentiali ratione Dei admittitur
 cōtinentia eminentialis saltem perfectionū,
 & superflue ac falso fingitur alia eminentia quæ
 non fit de essentia Dei. Si verō id negetur, sequitur
 rationem illā essentialē esse finitā in genere en-
 tis, quandoquidē ex vi illius nec formaliter, nec
 eminenter oīa continētur in tali ente. Sequitur de
 inde nullo modo posse cōuenire Deo talē emi-
 nentiā, quia nec conuenit formaliter ex vi rōnis
 essentialis, vt dicitur. Neque ē pot conuenire cō-
 sequenter, seu concomitantē, quia nihil hoc mo-
 do conuenit alicui essentia: intrinsecē & ex pro-

priis, nisi quod in ipsamet essentia reum eminen-
 ter seu virtute continetur. Non pot autem ipsa-
 met eminentia iterum eminenter contineri, ne
 procedatur in infinitum, & quia in illa eminentia
 nulla est imperfectio aut ratio ob quam oporteat
 eminenter contineri, & non formaliter: *sistendū*
 ergo est in ipsamet ratione essentiali per quam
 Deus formaliter & essentialiter habet vt sit emi-
 nenter omnia, quæ sunt, vt esse possunt, in ipso.
 Prima verō consequentia eandē vim habet, &
 simili fere discursu ostendi pot. Primō, quia nā
 comparantur perfectiones simpliciter ad essen-
 tiam Dei, sicut illa emiens perfectio qua Deus
 eminenter continet inferiores perfectōnes, nam
 eodē modo sunt formaliter in Deo, & æqualem
 identitatem & intimam cōiunctionē habet cō
 essentia Dei. Secūdo, quia hæc perfectiones sim-
 pliciter vt sic non sunt prius in Deo eminentē,
 q; formaliter, sed tū formaliter, quia nulla includit
 imperfectiōē, vel rationē quā abstracte ab eis
 oporteat vt in essentiali rōne Dei cōtineantur, nec
 pot esse altior vel eminentior modus continendi
 has perfectiones quā formalis: ergo cū in prima,
 & essentiali rōne Dei sint necessariō cōtineadē,
 quia aliās non esset illa ratio simpliciter infinita,
 efficitur, vt in ea formaliter contineatur, ergo si-
 militer cōcluditur esse de essentia eius. Vnde præ-
 terea cōfirmatur, nā Deus est perfectissimū ens,
 & perfectissimo modo quantum excogitari pot;
 perfectior autē modus est si hæc oīa includantur
 in essentia Dei tanquā de essentia eius, quā si solum
 sint adiuncta, vel concomitantia essentiam, nam
 priori modo ex vi præcisē cōceptus essentialis in-
 telligitur Deus infinite ac summē perfectus, pos-
 sitioni autem modo minime, quia nihil intelli-
 gitur summē perfectum, nisi formaliter affectū
 sit omnibus perfectionibus simpliciter.

Vltimō declaratur in hunc modū, quia hæc per-
 fectiones nō sunt in Deo vt aliquid accidentale, et
 per modū propriæ passionis, vt in superioribus
 demonstratum est: subit ergo de substantia Dei,
 quidquid autem est substantiale in aliquo, est aut
 natura ipsa, quæ maxime est de essentia, aut sin-
 gularitas nature, quæ in Deo etiam est de essen-
 tia, vt supra ostensum est, licet in creaturis nō sit
 de essentia; vel personalitas seu propria ratio cōsti-
 tutiō personam vt sic. Hæc aut perfectiones, quas
 per attributa significamus, non pertinent ad pro-
 pria constitutua personarum, nullus ergo super-
 est modus quo possint esse de substantia Dei, ni-
 si sint etiam de essentia, seu essentialis Deo.

Aque hinc patet solutio rationis dubitandi in
 principio positæ. Fateor enim, in vniuersum nō
 conueniri esse in re idem cum essentia, & esse de
 essentia, nā ad illud prius sufficit q; in re non fit di-
 stinctio: ad hoc verō posterius necesse est vt non
 possit rei essentia esse plenē cōstituta, præcisō eo
 quod dī esse de essentia; & cōsequēter vt hoc ip-
 sum ita in eius rōne includatur, vt in nullo possit
 reperiri talis essentia, quum de eius essentia fir quid
 quid dicitur esse de essentia talis nature. Atque in
 hoc est magna differentia inter relationes diui-
 nas, & hæc attributa; nam præcisus relationibus
 concipitur essentia Dei plenē constituta, & ideo
 quilibet persona signilatum iuncta, per eadē esse
 nā absolutā formaliter & esse aliter cōstituitur
 plenē ac perfectē Deus absque aliis relationibus.

VII.

VIII.

IX.
 Non omne
 quod est di-
 re est essen-
 tia.